

Ant

893

C A R M I N A
Q V I B V S
A N T O N I O W I T-
T E R S H Æ M I O C A N C E L-
L A R I O S C H O V M B V R-
G E N S I,

De nato nuper secundo filio
H E N R I C O J V L I O,
gratulantur

I o a n n e s C a s e l i u s
et
N a t h a n C h y t r a u s.



R O S T O C H I I

Typis Stephani Myliandri.

A N N O

A C X X C I C I C I

H. W. S. offiz.

ANTONIO VVITTERS.
heim. J. C^{to} cancellario Schoen-
burghensi. S. D.

JOANNES CASELIUS.



Iunt, Antoni, & ego communi sententiæ facile assentior: aiunt plerosq; amicorum rebus aduersis affici, & de ijs consolandis & iuuandis etiam solere cogitationem saepe, interdum etiam laborem suscipere: sed horum perpaucos non inuidere eorundem rebus florentibus. Sed cuiusmodi tu hos amicos esse putas? qui videlicet boni viri cum non sint, (an enim ille bonus vir esse videatur, qui bonis inuideat?) amicitiam sincerè nullam colant, neq; alterum pro se altero habeant, quod proprium esse amicorum, sapientes arbitrati sunt. Tu qui sis in amicitia, si me figeret; te mihi amicum non putarem. Sed ad te de te non debeo. Neq; enim hoc feras, neq; ego assentari tibi videri velim. Itaq; de te apud alios & ad alios, nec importune & verè, cum mihi videbitur. Debeo autem de me fortasse minus. Neq; enim tu me ignoras: & quis suarum laudum præconem non statim contemnit? Tamen patere, ut animum hac in re meum sine arrogantia tibi aperiam. Eo semper fui ingenio, ut bonorum cum miseria conflitantium misererer: quin duxi humanitatis etiam non satis bonorum casibus affici: nec cur aliter aut faciam aut sentiam, quid caussæ video. Contra si quos præter meritum opibus aut honoribus cumulatos animaduertissem,

S.
sem; adolescentior animo indignabar: quod ipsum magnos
viros solitos facere didicissem, & accepissem, esse magni
animi eam reperiebam. Iam ne illis quidem inuideo, fluxa
videlicet & caduca bona: quin eorum simul me miseret,
qui cum bonis animi careant, neq; in ijs studium ponen-
dum, stulte opinentur, & infelicitate statuant. Non igitur
umquam mihi in mentem venit, bonis viris & amicis
ullam felicitatem inuidere, sed quidquid est, quod maxi-
mum esse cupio, ipsis gratulor, & ut sit perpetuum precor.
Sæpe etiam cum quæsuisse, quo nomine hanc liberalis &
verè amici bonis animi virtutem appellarem; stomacha-
tus mecum fui: ac ratus deniq; sum, raritatem rei, ipsi rei
longè pulcherrimum nomen denegasse. Huius autem ani-
mi, quo equidem esse me non falso profiteor, si semina in
adolescentiorum animos iacere possem, laborandum mibi
existimarem. Difficile hoc est, sed conortamen: neque
puto mihi in instituto desperandum. Qui enim virtuti &
sapientiae se totum deuouerit; eum sperem huius animi,
cum utroq; consentientis, compotem deniq; futurum. For-
tasse vero plurium est hæc virtus, quam ego credam,
& maior præstantium, beneq; de aliis merentium penu-
ria. Nam cum proximè istuc venisse, neminem audiui
tuorum popularium, quin te coleret, te prædicaret, tibi
minime inuidereret: gaudebant omnes ex animo, & gratu-
labantur, quidquid tibi obtigisset boni. Hoc quoq; rarum,
nec multis seculis & locis auditum, ciues ciuibus ita ex a-
nimō velle. Etiam idem animus erga te bonorum est in
ista vicinia. Verum hoc facit virtutis tuae præstans.
Cum autem meus ad te aduentus in tuam domesticam læti-
tiam incideret, lætitiam quoq; ex ista tua singularem acce-

A 3 pi, tibiq;

pi, tibiq; de secundo filio nato, toto animo & alta voce
gratulatus fui: quod fecisset quoq; amicus communis Na-
than Chytraeus, cuius amicam faciebamus inter nos men-
tionem. Tanti autem ille te facit, quanti ego: hoc est, te
prorsus facit maximi: neq; silentio potuit præterire tuam
lætitiam, quam & suam siue communem dicit. Quod
cognouisti proxime, cognosce denuo. Verum de eo non
est quod tecum multis: tamen agerem pluribus, nisi tum
fuisset de ipso sermo inter nos plurimus. Vale Rosto-
chio. Idib. Ian. Anno CIC CI XXCV.


ANTONIO VVITTERSHEIM
viro cl. & I. C. præstantiss.
S. D.



Σ μεγάδωρος ἐφυ, καὶ αὐτὸς πολύδω-
ρος ἐν ἀσποῖς
Ναιετῶν, πάντων τε κιβερνητής τε
πατήρ τε,
Τοῦτο ἄλαρον καὶ οἶαις Φρεσὶν ἀθρίστει, καὶ σόδεις
Αγνοέει, εἰ μὴ τὶς ἀγνώμαν ἡδὺ ἀγόντος.
Τοῦτο καν δὲ χρήμαν, Αντώνιε φίλτατερ ἔταιρων,
σόδε Σοι, καὶ δέ τ' ἐμοὶ, ἀμφισβητήσιμον εἴη.
Πᾶς γὰρ ἐπὲι ἀμφω ἀπαλῆς πάλαι σὺ νεότητος
Χειροσεβοῦς διδαχῆς μάθομεν κεφάλαια, καὶ αὐτὸς
Θεοπνέσιον γέραφῆς μισήεια σπουδῆ
σὺν ὀλίγῃ, ὡς αὐτὸν πέποι, ἡρόεινήσαμεν ἀμφω:
Πρὸς δὲ ἐπὶ ὁφελμοῖσιν ἐωρείκαμεν, καὶ ὅρῶμεν
παντάθη εἰς τὸν κόσμον, καὶ οἴκαις ἥμετέροισι,

Eὐνοίας

Εὔνοιαν καὶ ἐυεργεσίην ἀπέρρευτον ἄνακτον,
ὅς πάντων γέμετωρ οὐκέ πάντων οἶκον ἀνάσσων,
Πᾶσι δίκαια νέμεται, καὶ ἔργοις ἐνὶ πᾶσι κατορθοῖ.
ταῦτα σὺ εὖ μνήμων χαρίτων, χάρεν οἰδας ἐσαιεῖς
οὐδὲ δέται ἐγώ, πάντες τε φίλοι Συγχαίρομεν εὔνοιαν
ἀνταρτὴν ἔγων μάλιστα παρὰν ἐνὶ σοΐς μεγάροισι,
οούτε παρὰν, καὶ σῇ ἀλόχων, παιδοῖς τε παθεινοῖν,
τοῖν ὁ μανὴς ἐξ ἐτεροῦ σὲ γέλωτί τε δάκρυσί θεοῦ,
τέρπει, οὐδὲ δέπιγμῆς Ερρήτη Ιούλιον, ὡς γέλ
μιν βασιλεὺς κέλεται ἐυγνώμων οἱ ὅμωνυμον εἴναι.
ὁ περιπέτεροῦ σὸν οἶον τέτε πάντες ἀμφὶ ηγεμονεῖται, εἴη;
ῳδὲ καστηνήτῳ καὶ πάντῃ ὑπεικελῷ ἐνώ
δύπεροῦ, ὡς μάλλον Δικαιῶντες πάντες χαίροις;
οὐδὲ γέλουται οὐδὲνται οὐδὲνται οὐδὲνται οὐδὲνται.
ἐν γέλοις εὐχοιτο γέλοις εὐχοιτο γέλοις εὐχοιτο γέλοις
οὐδὲ αὐτοῖς ψυχὰ τλήμων διχάνοια τεραίνεται.
Νοῦς γέλοις ὁμοφρέδημων ἐν ὁμοφρονέουσιν ἀδελφῶν
τηθεσιν, οἵτινες θεμέθλα πέλει εὐδαίμονος ὥλεον.
ποίας ξενοδόκων ξείνοις φίλοι ηνυσσεν εὐχάριστος,
εὖ παθέων εὖ δρῶν Καστήλιον ιπεριστάμενος.



HAGAE cis Visurgim:


Kalend. Septemb.

ANNIO

XXCIV.

Az

D. AN-



D. ANTONIO VVITTERSHÆ-
MIO, V. CL. S. D.


NATHAN CHYTRÆVS.



Vditu iucunda equidem & pergra-
ta fuere,
Quæ mihi suauiloquo placidoq;
Caselius ore
Saltibus ex Helmi, flauoq; reuersus ab Oucro
Narravit nuper, de rerum flore tuarum,
Coniugioq; tuo, & nata iam prole secunda,
Atque adeo de colloquiis epulisq; iocosis,
Quarum etiam me partipem simul esse benigno
Multoties voto optastis: nec nostra voluntas
A vestris desiderijs aliena fuisset;
Si mihi quod libuit superis licuisset amicis.
Verum illis aliter visum. ergo Caselius illic
Quod præsens præsenti, absenti id scilicet absens
Præsto, tibiq; iterum, ceu pridem, gratulor aucto
De numero sobolis, salua quam matre pudica
Septima Sextilis, nuper tibi fidere fausto
In lucem dedit, vt cano quandoq; voluptas
Et generis spes certa tibi, solamen Adolpho
Fratri etiam tanquam Polluci Castor adesset:
Vitalisq; foret dilectæ matris ocellus,

Cura-

Curarum & requies. rata sint hæc omina: teq;
Iulius Henricus (magnō cognominis illi
Doctrina imperioq; Duci) ceu mentis imago
Virtutisq; tuæ populis, patriæq;, nouisq;
Principib; patriæ ceu exactum reddat ad vii.
Exclamentq; vno ciues concorditer ore, (guem.
Hic æquat virtute suum meritisq; parentem,
Aut etiam superat. quid dulcius his tibi viuo
Plausibus, Antoni, aut etiam post fata septulso
Esse queat? quorum ut viuus tamen vsq; valensq;
Sis compos, precibus tibi non fallacibus opto
VVitterishæme, tui ð constans patrono Chytræj.



...C. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
...I. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
...D. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
...A. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
...L. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
...E. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
...G. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.
...V. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

A
AB: 155265




56.

V 17



Farbkarte #13



B.I.G.

C A R M I N A
Q V I B V S
ANTONIO WIT-
TERSHÆMIO CANCEL-
LARIO SCHOVMBVR-
GENSI,

De nato nuper secundo filio

HENRICO JVLIO,
gratulantur

Ioannes Caselius

&
Nathan Chytraus.



ROSTOCHII

Typis Stephani Myliandri.

A N N O

— XX CI CI —

Johannes Caselius.